

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

9. Lamechvs pius

urn:nbn:de:bsz:31-105410

atroci dolore, & poenæ imminentis formidine vexatus, uxoribus importunus, & in familiam crudelis est: nec vitam aut incolumitatem suam ulli hominum, ne propinqorum quidem, ausus fuit committere.

9. *LAMECHVS pius.*

Lamechus filius Mathusalæ, nepos Enochi. Patre nemo mortalium vitam vixit longiorem; avus unâ cum corpore ad immortalitatem migravit. Lamechus digna summorum virorum proles, in eorum rectis vestigiis ambulavit constanter, pariter spiritu prophetico venerabilis. Ejus temporibus, neglectione promissionis & veritatis verbi Dei, audacia scelerum, & intemperantia libidinum, adeo fuerunt aucta, ut locus emendationi nullus foret. Quapropter in seculi depra-

depravati impunitate, vitam duxit acerbe; nec prius animo acquievit, quam natus sibi esset Noa filius: quem generi humano novum fore solatium putavit. Vixit annis septingentis septuaginta septem.

10.

NOA.

Noa Deo charus, mortalium miserimus, quo nemo contemptum Dei majorem & magis nefarium conspexit: homines enim coram Deo corruptissimi, filii Dei coram hominibus haberi volebant: specie & simulatione sancti, amore metuque Dei plane vacui. Ante diluvium ægro animo fert impii Lamechi libidinem, insolitam hominum levitatem & lasciviam, gigantum immanium ferocitatem, vulgi perditissimam licentiam. Post diluvium perfert ludibrium Chami filii, tyrannidem experitur Nimrodi, averfatur teme-

temerit
deplora
exhorre
Justicia
tem v
non fo
etiam
scenfo
dem n
vestem
mniu
orbis
navig
pro
poste
tia d
rursu
terem
instit
cit; &
ad ex
nacu
quin